Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mirabile est: quia vos nescitis unde sit et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus
non audit. sed si quis dei cultor est et voluntatem eius
fecerit hunc exaudit. A seculo non est auditum: si non
esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Respondeunt et dixerunt ei. In
peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt
eum foras. Audivit iesus quia eiecerunt eum foras
Et cum invenisset eum dixit ei. Tu credis in filium
dei? Respondit ille et dixit. Quis est domine ut credam in
eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum et qui loqui
tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens
adorauit eum. Off. Benedicite gentes dominum deum nostrum
et obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitam et
non dedit commouere pedes meos. Benedicam dominum qui monuit me
etiam per noctem renes meos et mentem meam. Secr. Supplices te do
mine rogamus: ut his sacrificiis peccata nostra mundentur. quia sunt veram nobis cibus et potus
sanitatem. Pos. Con. Lumen fecit et spiritus dominus et linuit
oculos meos et abiit et lavi et credidi deo. Compl. Sacramenta
que sumpsimus domine deus nr et spiritalibus nos
repleant alimentis et corporalibus tueant auxiliis.
Pateant aures misericordie tue domine precibus
supplicantium. et ut petentibus desiderata concedas
fac eos que tibi sunt placita simul postulare. Dominica ii. ad v.
Laetentur cor quaerentium dominum quaerite dominum et confirmamini quaerite
faciem eius semper. Ps. Confitemini domino et invocate nomen
eius annunciate inter gentes opera eius. Orem. Aeterna omnipotens deus.
Oratio quesumus omnipotens deus. ut quos re
dimisti ut supra. Lectio libri Sequentia